



Nucleus Juris Canonici

Thenhaven, Bernhard

Coloniæ Agrippinæ, 1739

XLIII. De Presbytero non baptizato. D. 3.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63382](#)

TITULUS XLII. & XLIII.


De Baptismo & ejus Effectu.

Item

De Presbytero non baptizato.

I. **D**e BABTISMO & ejus effectu vide *Nucl. Theol. Exam. 22. per totum.*

II. De PRESBYTERO NON BAPTIZATO h.t.
dcernitur C. 1. „Si quis Presbyter ordi-
„natus deprehenderit se non esse baptiza-
„tum, baptizetur & iterum ordinetur.
Vide *Nucl. Theol. Exam. 27. n. 4. §. Notan-
dum.* Verùm licet talis invalidè exerceret
actus Ordinis, v.g. consecrando, absolven-
do, &c. validè tamen baptizaret, assiste-
ret matrimonio, (si sit error communis
cum titulo colorato) & materialiter, non
fructuosè, susciperet Eucharistiam, ut
patet ex *Nucl. Theol.* Rectè tamen ait Pon-
tifex C. 3. b. t. „Certè de illo, qui natus
„de Christianis parentibus & inter Chri-
„stianos est fideliter conversatus, tam
„violenter præsumitur, quòd fuerit bapti-
„zatus, ut hæc præsumptio pro certitu-
„dine sit habenda, donec evidentissimis
„argumentis contrarium probetur.



TITU.